

homines, ut uiceret solum nouem distio-  
nes ibi poneretur, non plures nec paucio-  
res, ad significandum q̄ angelica ruina ex  
hominib. fore r̄. paranda in nouem cho-  
ris angelorum per hanc salutationem, ac  
Charit. in incarnationem &c. Ecce ergo Dei  
Charitas.

33. C V R angelus dixit, gratia plena, &  
non dixit, gloria plena, et gloria sit po-  
rior q̄ gratia. R̄ndetur in eundem Alber.  
supra. c. 68. quia hic annuñciatur in-  
itium, & origo gratiæ transfundendæ in hu-  
manum genus primo & principaliter:  
gloria autem dicitur cōsummationem gra-  
tiæ, ergo &c. Item cur non dixit spiritu-  
sando plena, sed gratia plena: R̄ndet in  
eundem Alber. quia gratia latius se extē-  
dit & communior est, scilicet ad gratiam  
gratificatam & gratificatam, sed spi-  
ritu sanctus dicitur solum gratiam grati-  
facientem, ergo ad insinuandum latitudi-  
nem omnis gratiæ etiam gratificatæ ple-  
nariæ fore in uirgine ex Dei charitate, di-  
xit gratia plena potius &c. Vnde Hieron.  
in sermone ad Paulam & Eusto. dicit, Cæ-  
teris per patres datur gratia, Mariæ uero  
tota plenitudo omnis gratiæ infusa est.

Hieron.

Bernardus  
Thom.

Sed qualis sit ista plenitudo gratiæ in Ma-  
ria: Respondetur secundum Richar. & Bo-  
nauem. et etiam Tho. 3. scrip. dist. 13. q. 1.  
ar. 2. atq; Alber. sup. & communiter Do-  
ctores, ex plenitudo gratiæ est quadri-  
plex. Prima dicitur sufficientiæ, quando  
quis tantum gratiæ habet quantum sibi  
sufficit ad salutem, talis est in quolibet fi-  
deli, quæ est sine mortali peccato & in  
gratia, sicut scyphus dicitur plenus uino,  
quando secundum congruentiam est im-  
pletum uino, licet non usque ad summū.  
Secunda est plenitudo abundantiæ, quan-  
do quis supra statum communem habet  
copiam gratiæ, sicut dicitur Act. 6. Stepha-  
nus plenus gratia & fortitudinem &c.  
Et de apostolis c. 2. Repleti sunt omnes  
spiritu sancto &c. Talis est quoque ad si-  
militudinem plenitudinis in uase usq; ad  
summū eius, uisicū, uel riuu. a flumine  
abundantis. Tertia est plenitudo singu-  
laris excellentiæ, uidelicet ultra prædi-  
ctas, quando in aliquo est tam excellens  
gratia præ alijs sanctis, q̄ nō solum caret  
a principio semper mortali peccato, sed

et omni veniali, sicut fuit in beata uirgi-  
ne in qua nil erat peccat, nec erat aliquid  
in ea quod non ordinaret in Deum: Hæc  
plenitudo est et effluuic in oia recū-  
dantia. Talis fuit & est in Christo. Ioan. j.  
Vidimus eū plenū gratiæ & ueritate itaq;  
Christi plenitudo est sicut fontis, sed be-  
ata Mariæ est sicut fluminis a fonte efflu-  
entis, & transfundentis. Item sanctorum ap-  
ostolorum plenitudo est sicut a fonte, &  
flumine in amnem uel lacum derivatæ  
aquæ. Sed plenitudo communis electo-  
rum est sicut riuu. ex prædictis descenden-  
tis: Et hæc omnia ex Dei charitate, ergo  
& cetera.

Civili  
plenim-  
do est si-  
cut fon-  
tis: Ma-  
rie sicut  
fluminis.

Q V A R E angelus dixit uirgini, do-  
minus tecum & tam simpliciter & absolu-  
te nil aliud addendo, uel aliquid dicendo  
cum plura uideantur que ibi potius di-  
xisse debuerit, ut patebit statim: Respon-  
detur secundum Alber. breuiter super  
Missus est. capit. 212. colligendo & scun-  
dum alios, quod in hoc dicto angelus in-  
tendebat hæc tria.

S. 34.

Primo quod persona mitterentis Dei p-  
prie exprimeretur.

Secundo ut liberum arbitrium uirgi-  
nis ad credendum, & consentiendum  
inclinaretur.

Tertio, ut excellens modus essendi o-  
stenderetur. Quo ad primum & secundum  
perfecte expressit, & sufficienter dicendo  
Dñs tecum, quia dominus impositum est  
nomen a potentia, & absolute solius Dei,  
proprium est Antonomastice per excellen-  
tiam. Nā alij sunt domini, & scru. etiā re-  
spectib. diuersis, ergo dicendo dñs suffi-  
cienter expressit Deum. Similiter dicēdo,  
dñs tecum, significauit Dei potentiam ut  
crederet uirgo, quia dominus non est im-  
possibile omne uerbu. Luc. i. & per conse-  
quens magis inclinaretur animus uirgi-  
nis ad consentiendum cō, quasi omni-  
potenti, qui sicut uult potest nauas qual  
que mutare & omnia facere. Deniq; quo  
ad tertium sufficienter expressit singula,  
rem modum essendi domini cum uirgi-  
ne. Vnde Bern. Longe, inquit, excellenti-  
us tecum dominus q̄ cum alijs sanctis, qui

Bernardus